



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CCLII. Der Official des Klosters Salzwedel bekundet das Schuld-Verhältniß eines dem heil. Geist-Kloster zu Ackerpächten verpflichteten Bürgers zu Salzwedel, am 2. Juni 1456.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

Gegheuen na de geborth cristi vnser leuen herrn Verteynhunderth iar, In deme viiff vnnde vesti-
gesten Jare amme minre talle, imme Dage sancti Georgij.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg No. 19.

CCLII. Der Official des Klosters Salzwedel bekundet das Schuld-Verhältniß eines dem heil.
Geist-Kloster zu Uckerpächten verpflichteten Bürgers zu Salzwedel, am 2. Juni 1456.

Johannes de Stegha, Officialis prepositure Soltwedelenfis Verdenfis dioecesis publicus, recognoscimus et presentibus protestamur, Quod coram in iudicio personaliter constitutus prouidus vir Luder meiger, laicus opidanus veteris opidi Soltwedel dicte dioecesis, publice, sponte et libere recognouit et confessus fuit, se sepe fore monitum per Venerabiles viros dominos prepositum et Capitulum Monasterii sancti Spiritus prope et extra muros pretacti opidi Soltwedel de et super certis redditibus et pensionibus, In quibus predictis dominis de duobus agris prope Molendinum in perwerio situatis legitime obligatur; Quosquidem agros pretactus luder meiger pro pignore quindecim marcarum lubicensium cuidem (sic!) Ottoni vinczelbergh, antedicti veteris opidi Soltwedel opidano, locauit atque posuit; Dictusque Otto eisdem duos agros per certa tempora sub agricultura sua habuit et tenuit, ut actu tenet et habet; Confitens et asserens modo premisso memoratus luder meiger pro se et suis heredibus, Quod de pretactis duobus agris omni anno tenetur soluere pro pensione et redditibus sepedictis dominis preposito et Capitulo quatuor solidos lubicenses et vnum pullum; Quosquidem quatuor solidos cum pullo dietatos per quatuor annos soluere neglexit, promittensque antedictus luder meiger et pro omnibus retardatis et dietatis pensionibus et redditibus de prelibatis duobus agris prouenientibus antedictis dominis preposito et Capitulo vnum talentum lubicense et quatuor pullos super festo sancti Michaelis proxime futuro exsoluere; Volensque et promittens et idem luder meiger pro se et suis heredibus, quod ipse et sui heredes predictos redditus et pullum de prefatis duobus agris prouenientibus (sic!) imposterum omni anno antedictis dominis preposito et Capitulo sine ulla contradictione exsoluere vellent et deberent, non obstante tali inpignoracione, ut premittitur, seu quacunque alia in futurum faciendum (sic!). Super quibus omnibus et singulis confessatis et recognitis debitis Religiosi domini Conradus Sezumendorppe et Johannes Melzeberge, Canonici Regulares pretacti Monasterii, nomine predictorum dominorum prepositi et Capituli sibi per nos litteram recognicionis decernj debita cum instancia pecierunt, prout eisdem decreuimus et decernimus per presentes. In cuius euidens testimonium Sigilli (sic!) pretacte prepositure presentibus est Impressum. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, die Mercurii Infra octauas corporis cristi, presentibus ibidem Discreto et prouido viris Johanne Ermbrecht, clerico, et Clawes Brun, laico, halberstadenfis et verdenfis dioecesis, testibus ad premissa rogatis et requisitis.

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwedel fol. 72.